

## ВТОРОЙ УРОВЕНЬ.

### ВАРИАНТ 1.

#### *I. Переведите текст.*

Chimaera in montibus altis asperisque Lyciae habitabat. Habebat trium bestiarum partes: caput leonis, corpus caprae, caudamque draconis. Alae fortes in lateribus Chimaerae erant. Fauce leonis ignis efflabatur. Chimaera de montibus devolans pecudes rapiebat omnemque populum Lyciae terrebat. Nemo deprehendere nec vincere Chimaeram poterat. Bellerophon a rege Lyciae Chimaeram occidere rogatur; habet enim equum alte volantem Pegasus nomine. Pegasus citior Chimaera est et equitem in caelum tollens bestiam deprehendit. Gladio acuto Bellerophon Chimaeram occidit; de caelo bestia flammans igne suo in terram cadit et incendium magnum facit. Multa post saecula in vallibus Lyciae homines carbones inveniunt. Bellerophon Pegasus post victoriam dimittit; ubi equus ungula tundit, fons aquae purissimae in montibus scatet.

*Примечание.* Bellerophon, gen. sg. Bellerophontis – Беллерофонт.

#### *II. Найдите в тексте пример пассивной конструкции и замените ее на активную:*

*Замените на пассивную конструкцию: multa post saecula in vallibus Lyciae homines carbones inveniunt.*

#### *III. Ответьте по-латински:*

– Chimaeram describite.

– Cur Chimaera populum terrebat?

– Si scitis de matre Chimaerae fabulam vel fabulas de aliis bestiis monstruosis, narrate.

#### *IV. Перед Вами разговор из позднеантичного пособия для учащихся латынь (текст адаптирован). Определите, кто произносит какую реплику и в какой ситуации, переведите.*

Iam sero est; venimus in domum. Salve, domina! Habemus quid cenare? Habemus omnia. Imponite mensam. Date panem. Praecide caseum. Quot horae sunt noctis? Iam tres. Puerum mihi clama ad pedes aut magis de mulieribus unam clama. Tolle lucernam. Dormire cupio.

*Примечание.* quid – здесь: что-нибудь.

#### *V. В старинных латинских книгах надстрочный знак ~ обозначал, что дальше пропущена буква t или n. Догадавшись, где какая буква пропущена, расшифруйте и переведите строки из средневекового стихотворения.*

Petre, quid est mūdus? – Curarū flebile pōdus.

Petre, quid est vēter? – Pellis mēdica frequēter.

*Примечание:* quid – здесь: что такое?

## ВТОРОЙ УРОВЕНЬ.

### ВАРИАНТ 2.

#### I. Переведите текст.

Danaus rex filios quinquaginta habebat. Filii regis in convivio vinum bibebant Amymonemque sororem suam aquam quaerere mittebant (nam antiqui vinum aqua pura diluebant). Amymone fontem vel flumen quaerens in locum venit, ubi lapides nudi et sicci erant. Sonus a virgine auditur similis sono pedum bestiae ferae; Amymone iaculum mittit. Non bestia erat, sed Satyrus, Bacchi comes; vulnere iratus in virginem invadit. Amymoneque fugam per montes petit. Iam Amymonem comprehendere paratus est, sed Neptunus e mari comparet et virginem defendit. Post saxa tridente suo tundit et ibi tres fontes aquae purissimae scatent. Quamvis vinum aqua ebriosior, aqua vino utilior est.

*Примечание.* Amymone (nom. sg.) – Амимона, Amymones (gen. sg.) – Амимоны, Amymonem (acc. sg.) – Амимону.

#### II. Найдите в тексте пример пассивной конструкции и замените ее на активную:

Замените на пассивную конструкцию: *nam antiqui vinum aqua pura diluebant.*

#### III. Ответьте по-латински:

– Cur Amymonem aquam quaerere mittebant?

– Quomodo deus Amymonem salvabat?

– Si scitis de sororibus Amymones fabulam vel de Baccho Satyrisque alias fabulas, narrate.

#### IV. Перед Вами разговор из позднеантичного пособия для учащихся латынь (текст адаптирован). Определите, кто произносит какую реплику и в какой ситуации, переведите.

Duc te ergo. Quid stas? Quid tibi pertinet? Procurator meus es? Duc te. Recede, impostor. Maledicis me, maligne et odiose? Tace, nequissime homo. Male facis et nescis quod non expedit tibi. Quare? Quoniam ego ingenuus homo sum, tu autem nequam servus.

*Примечание:* quid – здесь: почему, чего это; quod – что.

#### V. В старинных латинских книгах надстрочный знак ~ обозначал, что дальше пропущена буква t или n. Догадавшись, где какая буква пропущена, расшифруйте и переведите строки из средневекового стихотворения.

Petre, quid est p̃ais? – S̃ie ṽio cibus iñais.

Petre, quid est vinũ? – Liquor opt̃ius ãte caminũ.

*Примечания:* quid – здесь что такое? caminus – в средневековой латыни путь, дорога.